



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 48. Jansenistarum calumnia ab ipsomet summo Pontifice explosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

momenti definitionem rejiciendi potestatem dedisse; propterea rogare se, ut eorum quilibet rescriberet, an verum sit, quod huic oppositioni subscripserint, sique hoc verum esset, hujus subscriptionis revocationem mox ad suum Superiorem transmitterent, secus promeritis pœnis plectendi: cum autem horum nullus suam appellationem revocaret, Generalis una omnes a Congregationis societate expulit, subscriptisque actis comitia dissolvit. Paulost Opponentibus relationem eorum, quæ in his comitiis gesta fuissent, typis ediderunt, quam tamen Regius Senatus die quarta Octobris tanquam *scandalosam, temerariam & declarationi die quarta Augusti Anno 1720. contrariam suppressit.*

§. XLVIII.

Jansenistarum columna ab ipso summo Pontifice explosa.

Inter varias artes, quibus Jansenistæ suos errores & pervicaciam honestare nitebantur, haud infima erat sollicitudo, qua Patronos, eosque summa dignitate, auctoritateque conspicuos suæ factioni conciliare vel falso adscribere nitebantur: Cum ergo Benedictam XIII. doctrinæ Thomisticæ appri-

*Dorsano
Journal
tom. 2.
pag. 220.*

Sæc. XVIII. prime addictum nosset, aliunde vero
A. C. 1724. ipsi D. Thomæ doctrinam de gratia ef-
 ficaci per summum nefas Janſeniane
 gratiæ propitiâ esse pro more suo
 calumniarentur, ubique in vulgus spi-
 gebant, quod hic Pontifex, cum re-
 huc esset Cardinalis, Constitutioni se-
 opposuisset, ac propterea Clemen-
 tem XI. ne illam publicam redderet,
 flexis genibus, & lacrimis ubertim pro-
 fusis exorasset. Hujus calumniæ in-
 dignitate commoti non pauci, atque
 inter eos præcipue Franciscanorum
 Provincialis Avenionensis desuper li-
 teras Romam dedit, ac libellum sce-
 plicem per Generalem Ordinis Procu-
 ratorem sancto Officio & Pontifici por-
 rigi petiit. Sacra igitur hæc Congre-
 gatio Laurentium Cardinalem Cor-
 sinium hujus Ordinis Protectorem roga-
 bat, ut hunc libellum summo Pontifici
 exhiberet, quo facto Benedictus Papa
 declarabat, sibi semper longe aliam
 hac in re mentem fuisse, ac ejusmodi
 pacis osiores in vulgus spargerent, se
 omni submissione, imo & flexis geni-
 bus Constitutionem a Clementis Pape
 manibus recepisse seque declarasse, eam
 esse dogmaticam, suamque fidem hæc
 in re nulli mutabilitati obnoxiam fore.
 Eapropter confestim Corsinio deman-
 davit

davit, ut suo nomine idem ad præfa-
tum P. Provinciale perscriberet.

Sæc. XVIII.
A. C. 1724.

§. XLIX.

*Sententia Thomistica de gratia ex se
efficaci a Benedicto XIII. Pon-
tificice vindicata.*

Nondum tamen deferbuere Jansenistarum molimina, quibus a primo erroris sui ortu pro D. Thomæ discipulis agnosci gestiebant, ut per inveteratam vafriciem ipsis super omnes alios hæreticos propriam, sub tanti Doctoris scuto Ecclesiæ fulmen averterent, securius latitarent, ac liberius Ecclesiæ Dei illudere, & rudes simplicesque in suæ damnationis consortium pertrahere possent. Idem hoc artificium a Quesnelistis mutuabant Molinistæ, qui zelantes Zelum Constitutionis, quamvis non secundum scientiam, ea opportunitate super Thomisticæ doctrinæ ruina Molinistico systemati triumphum erigere intenti, liberius Thomismo insultaverant, eumque odiosum reddere studuerunt, impactaque Jansenismi imo & Calvinismi nota, id obtinere conati sunt, ut Thomistas ex metu hujus calumniæ a suis castris ad eorum vexilla transfugere compellerent: quinimo hoc adhuc anno Dolæ in Britannia Moli-

*Honorat. æ
S. Maria
Justif. de
Bref de
Benois XIII.
pag. 139.
Lafiteau
Hist. de la
Const. t. 2.
liv. 5. p. 216.
Epist. Gra-
ves. die 24.
Octobr.*

Hist. Eccles. Tom. LXXI. Zz nittæ